ORIGENES. MARCUS FRATER
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 18r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26142
Copyright: Admont, Benediktinerstift



misit me baptizare in aqua. ille
m dixit. Sup quem uideris spm des
cendentem et manentem in eo. ipse
est. Si dixisset. spm descendentem
et non addidisset. et manentem
in eo. nichil precipuum a ceteris
habere uideretur. nec autem addi
dit et manentem in eo ut esset hoc
signi in saluatore. quod in nullo
alio possit ostendi. De nullo ut
scriptum est. quia manserit in eo
spc scs. Et ne quis me putet in
hoc derogare prophetis. Sciunt
ipsi quia non eis derogo. preferens
eis dnm meum ihm xpm. Re
colant ut singuli dicta sua. et
inueniunt quod de nullo alio dic
tum est. quia peccatum non fecit. nec
inuentus est dolus in ore eius. Quia ut
solus est qui peccatum non fecit. id
circo in ipso solo mansit. et per
mansit spc scs. Si ut ipse est de
quo singulare aliquid et eximium
dr: hoc quod supra diximus. quia pec
catum non fecit. constat reliquos
omnes fuisse sub peccato. Si
omnes. necessario et prophetas. Et
quomodo conuenit in tempore peccati.

mansisse in eis dicamus spm
scm. At si tibi incredibile uidetur
prophetas postquam acceperunt spm
scm potuisse peccare. ad hec
ipsum moysen quem habemus in ma
nibus reuertamur: qui utique ex
imius et maximus prophetarum. ipse de
se scribit. et testimonium dat
de semet ipso quia peccauerit
in eo quod dixit. Audite me in
creduli. Numquid depetra ista pdu
cemus uobis aquam. In his ut dictis
non scificauit dm in aqua contra
dictionis. idem non confisus est
in uirtute dei. et non dixit quia po
tens est ds depetra hac educere
uobis aquam. sed quasi ex diffidentie
cuiusdam fragilitate respondit
dicens. Numquid poterimus uobis
depetra hac educere aquam.
Quia ergo peccatum ei in his uerbis re
putatur a dno. certum est quod hec cum
loqueretur non de spu scto locutus
sit sed de spu peccati. Quod si scrip
ture testimonio tantus propheta
moyses ostenditur aliquando
habuisse in se spm dei. aliquando
uero non habuisse. peccati scilicet